

DERBYSHIRE ARCHÆOLOGICAL AND NATURAL HISTORY SOCIETY.

FitzHerbert and other Charters.

EDITED BY THE REV. REGINALD H. C. FITZHERBERT.

THE twenty-two ancient deeds hereafter printed, were lately presented to Sir William FitzHerbert, of Tissington, Bart., by Fitzherbert Widdrington (*né* Jacson), of Newton Hall, Alnwick, Esq., grandson of the Rev. Roger Jacson, of Bebington, to whom Richard Fitzherbert, of Somersal, the last heir male of his family, left all his real and personal estates in 1803.

The text, which is much contracted throughout these deeds, has been transcribed in extended form; but in a few cases where the full form of the words was doubtful they are copied *literatim*.

Nos. 1, 5, and 6-12 are dated conjecturally by the officials at the P.R.O. and B.M. No. 5 has, perhaps, been assigned a date somewhat too early.

The letters *u* and *v* are transcribed as they occur in the deeds; but the peculiar use of *i* and *j* has not been adhered to in transcription.

No. 1. Grant of land in Wirke, by Peter, son of William le sureys, to his sister Matilda.

Date—*Temp.* Edw. I. (1272—1307).

“Sciant presentes et futuri quod Ego Petrus filius Willelmi le sureys de Wirke dedi concessi et hac presenti Carta mea Confirmaui Matilde sorori mee pro homagio et seruicio suo vnam dimidiam acram terre arabilis et dimidiam Rodam In Campo de Wirke videlicet dimidiam acram terre Jacentem In hopton Dale Juxta terram quam Ricardus filius Ricardi trusseloue quondam tenuit et Jacet ex parte occidentali et dimidiam Rodam terre Jacentem in Dale dicta Inter terram quam sampson Cappellanus quondam tenuit et terram quam Adam ad fon (?) tem aliquando tenuit. Tenendum et habendum de me et heredibus meis sibi et heredibus suis uel assignatis suis et eorum heredibus In feodo et hereditate libere quiete plenarie et Integre cum omnibus pertinentiis suis libertatibus liberis communis et Aysiamenis ad illam terram pertinentibus. Reddendo Inde annuatim mihi et heredibus meis vnum obolum In festo Natalis domini pro omni seruicio et demanda. Et Ego Petrus et heredes mei predictam terram vt predictum est predictae Matilde et heredibus suis uel assignatis suis et eorum heredibus Contra omnes Gentes pro predicto seruicio Imperpetuum Warantizabimus et adquietabimus. vt autem hec mea donacio et Carte mee confirmacio Rata maneat et stabilis. presenti Carte sigillum meum apposui. Hiis Testibus Roberto filio HerWici de Wirke Nicholias filio Walteri de eadem Roberto filio Gilberti de eadem Ranulpho supra petras de eadem Willelmo Godmon clerico et aliis.”

In good condition. Seal wanting.

Membrane 10 × 3½ inches. 10½ lines.

No. 2. Grant of Land by Matilda, widow of John Palkocke de Eyhsbury, to Philip de Eyhsbury, rector of Braundiston.

Dated—1st Nov., 1287.

“Sciant presentes et futuri quod ego Matilda quondam vxor Johannis Palkocke de Eyhsbury in viduitate et libera potestate mea remisi relaxaui et omnino pro me et heredibus meis quiete clamaui domino Philippo de Eyhsbury Rectori ecclesie de Braundiston totum jus meum et clamium quod habui uel aliquo jure habere potui nomine dotis uel donacionis seu ex omni alia quacumque causa in omnibus terris et tenementis cum omnimodis suis pertinentiis que vel quas predictus Philippus et Willelmus frater ejus habuerunt ex dono et uendicione predicti Johannis Palkocke quondam mariti mei in villis et

territoriis de WyrkisWorthe. Middilton. Hopton. Crumforde. et Stepul cum homagiis Redditibus. releuiis. eschaetis. natiuis et eorem sequelis. et omnibus aliis ad terras et tenementa predicta pertinentibus sine aliquo impedimento mei uel meorum. Tenendum et habendum dicto domino Philippo et heredibus suis et assignatis suis et eorum heredibus libere quiete integre et pacifice in perpetuum. Ita uidelicet *qe* (quippe?) nec ego dicta Matilda nec heredes mei seu assignati nec aliquis nomine nostro jus uel clamium in predictis terris et tenementis seu aliquibus aliis prenomminatis et antescryptis exigemus demandabimus nec venditare poterimus. In cuius rei testimonium presenti quiete clamacioni sigillum meum apposui. Hiis testibus. Domino Willelmo dicto Godmon tunc vicario ecclesie de Wyrke Willelmo filio Bate de eadem. Nicholao Trusseloue de eadem Rogero filio Nicholai de eadem Henrico de Crumforde Thoma filio ejusdem de eadem Henrico filio Thome de Hopton. Laurencio le Port' de eadem. Willelmo de Derby capellano. Et aliis. Data apud Wyrke die omnium Sanctorum, anno graciae M. CC Octuagesimo Septimo."

In good condition.

Membrane $8\frac{1}{4} \times 5\frac{1}{2}$ inches. 16 lines.

Seal injured—green wax—round— $\frac{7}{8}$ inch diam.—in centre two right hands, clasped, beneath a fleur de lys.

Inscrip.—"S. MATILD · PALKOK."

No. 3. Grant of land by Adam ad fontem de Wyrkesworthe, to William Bate.

Dated—8th Sept., 1295.

"Notum sit omnibus presens scriptum visuris uel audituris quod ego Adam ad fontem de WyrkesWorthe dimisi et ad firmam tradidi Willelmo dicto Bate de eadem Crofftum meum prout jacet pro prato inter decanum Lyncolniensem ex parte vna et Crofftum quem Ricardus de Aston tenuit ex altera in latitudine. in longitudine uero a pomario quod Willelmus de stepil tenuit de Me vsque in ductum. Tenendum et habendum de Me et heredibus Meis dicto Willelmo et heredibus suis a festo Natiuitatis sancte Marie virginis. anno domini. M. CC. Nonogesimo quinto vsque ad terminum sex annorum totinue sequencium et plenarie completorum. libere quiete pacifice et integre cum omnibus pertinentiis libertatibus commoditatibus liberis que communis et aeysiamentis ad tantum tenementum pertinentibus in fata villa de Wyrke et extra. Pro qua uero dimissione ac tradicionem totam firmam ab eodem Willelmo premanibus recepi. Et ego uero dictus adam et heredes mei dictum tenementum vt predictum est. dicto Willelmo et heredibus suis vsque ad finem termini predicti contra omnes gentes Warantizabimus aquietabimus et vbique defendemus. In cuius rei

testimonium presenti scripto sigillum Meum apposui. Hiis Testibus Domino Willelmo Godman vicario ecclesie de Wyrke. Willelmo de Crumforde Manente in eadem. Roberto kesteuene de eadem. Johanne Trosseloue de eadem. Johanne clerico et aliis."

In good condition.

Membrane $6\frac{3}{4} \times 4\frac{1}{2}$ inches. 15 lines.

Seal perfect—brown wax—round—one inch diam.—in centre a monogram. Inscript. round margin in capitals—"S · ADE AD FONTEM."

Indorsed—"Adam ad fontem."

No. 4.—Indenture. Agreement between Isabella, widow of William FitzHerbert, and Richard her son.

Dated—Feast of S. Martin. 50 Hen. III. (11th Nov., 1265.)

"Anno Regni regis Henrici filii Regis Johannis Quinquagesimo ad festum Sancti Martini In hieme Ita conuenit Inter dominam Isabellam quondam vxorem Willelmi filii Herberti et Ricardum filium suum uidelicet quod cum dictus Ricardus prius tradidisset Manerium de Thuyeros cum pertinentiis predictae Isabelle ad terminum vite sue ipsa in viduitate sua predictum Manerium de Thuyeros sibi retrotradidit cum omnibus suis pertinentiis ad terminum vnus anni termino incipiente ad predictum terminum Sancti Martini Ita quod predictus Ricardus possit inde per totum annum sine ipsius impedimento commodum suum facere et tantum in fine anni dimittet seminatum quantum inuenit per visum uirorum Legalium saluis sibi bonis suis mobilibus et immobilibus ibidem existentibus et sciendum est quod prenomatus Ricardus inuenit prefate Isabelle Robas sibi et familie sue cum Lineis vestibus cum vinginti solidis ad vnum capellanum sustinendum et totum in fine anni prefata Isabella predicto Ricardo soluet secundum quod rationabiliter monstrare poterit facienda tamen allocacione de blado in orreo inuento. Pretium frumenti et auene. sex denarios. busselli. et orde. quinque. denarios. Non Licebit dicte Isabelle post annum finitum aliquid de dicto Manerio facere nisi prius predicto Ricardo satisfecerit de toto debito in quo sibi tenetur per rationabile comptum. et ad omnia ista fideliter facienda sepe dicta Isabella fide media se obligauit iudicio quolibet foro et quod nullo tempore vite sue dictum Manerium de Thuyeros nulli tradet nisi predicto Ricardo filio suo dummodo ipse tantum velit inde sibi facere alii viri fideles facere uoluerint. Pro hac autem tradicionem predictus Ricardus Johannam filiam suam. Ricardo de Corson maritauit. In cuius rei testimonium partes presenti

scripto ad modum cirograffi confecto alternatiue sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus. Roberto rectore ecclesie de Norton Ricardo filio Roberti de Norton. Ricardo de Corson. Johanne de hatton. Roberto Warpeloc. Henrico fremon. et Aliis."

In good condition—one word eaten out by worm.

Seals all wanting.

Membrane $6\frac{1}{2} \times 5$ inches. 4 dentes at top. $22\frac{1}{2}$ lines.

Indorsed—"TWycros."

No. 5. Grant of two Bovates of land in Somersale, by 'Hugo de Almunton,' to Thomas, son of William Fitzherbert, of Somersale.

Date—From Ric. I. to early in Hen. III. (1189—1230)

"Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Hugo de Almunton salutem in domino sempiternam. Noueritis me concessisse et quiete clamasse Thome filio Willelmi filii herberti de Somersale domino meo et heredibus suis totum jus quod habui et clamium quod habere potui in duabus bouatis terre cum pertinenciis quas ab eo quondam tenui in feodo et hereditate in teritorio de Somersale. Ita uidelicet quod ego nec heredes mei aliquid juris uel clamii in predictis bouatis terre cum pertinenciis nec aliquis nomine nostro de cetero exligere possimus. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. hiis testibus. domino Willelmo de Montegomery. Willelmo de * Mey-a milite. domino Petro de Bakepuz. Roberto de segesale Waltero de bosco. Ricardo filio herberti clerico et Aliis."

In good condition. Seal wanting.

Membrane $6\frac{1}{2} \times 3$ inches. 8 lines.

Indorsed—"Somersall."

No. 6. Grant of land in Somersale, by Thomas, son of William Herebert, to the Abbey of S. Mary, Rocester.

Date—*Temp.* Hen. III. (1216—1272).

"Omnibus presens scriptum visuris uel auditoris Thomas filius Willelmi Hereberti de Somersale salutem in domino. Nouerit vniuersitas uestra

* Between the y and the a there is a blotted letter,—I think the letter *a*.

me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse deo et ecclesie Beate marie Roucester et Canonicis ibidem deo seruientibus quatuor acras terre cum pertinenciis In Somersale totam terram quam Ricardus filius Symonis Bacun de me tenuit in territorio ibidem Habendum et tenendum de me et de heredibus meis sibi et successoribus suis libere et quiete pro octo denariis annuatim ad festum Sancti Michaelis ipsi et successores sui mihi et heredibus meis soluendis pro homagiis pro omnimodis curie mee ratione dicte terre sectis pro ausiliis et omnibus seruiciis et demandis que causa terre uel tenementi umquam dari possunt uel exhibi aquocumque. Vt autem hec mea concessio et confirmacio perpetue firmitatis robur optineat presens scriptum sigilli mei impressione roborau. Hiis testibus. Domino Roberto del Per. Hamone de Saperton. Johanne morel. Thoma de Mackelega. Johanne filio Symonis de Foston. Roberto Wace et aliis."

In perfect condition—the writing peculiarly black and distinct.

Seal wanting

Membrane $7\frac{1}{4} \times 3\frac{1}{4}$ inches. $10\frac{1}{2}$ lines.

Indorsed—"The orygyball deed of grant of lands in somersall to the abbey of Rosceter."

No. 7. Grant of land, by Walter de Lee to Nicholas, son of Adam Warpeloc.

Date—*Temp.* Edw. I. (1272—1307).

"Sciunt presentes et futuri quod Ego Walterus De Lee dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Nicholao filio Ade Warpeloc pro homagio et seruicio suo vnum assartum quod vocatur le BoreWardescroft cum omnibus pertinenciis suis Tenendum et Habendum de me et heredibus meis uel asignatis predicto Nicholao et heredibus suis uel suis asignatis et eorum heredibus uel cuicumque uel quibuscunq̄ dare vendere uel assignare uoluerit exceptis uiris et Omnibus Religiosis et Judeis. Reddendo inde Annuatim. michi et heredibus meis uel asignatis predictus nicholaus et heredes sui uel sui asignati duodecim denarios ad duos terminos anni videlicet sex denarios ad ffestum sancti martini et sex denarios ad ffestum assencionis domini pro omnibus seruiciis. secularibus exactionibus et demandis et sectis Curie et omnibus aliis seruiciis forincecis. Pro hac autem donacione concessione et hujus carte mee confirmacione dedit michi predictus Nicholaus sexaginta solidos et tres solidos et quatuor denarios ad ingressum. Et Ego uero valterus et heredes mei predicto nicholao et heredibus suis uel suis asignatis predictam terram cum omnibus pertinenciis suis pro predicto seruicio ut

predictum est contra omnes homines et feminas seu kalumpnias Warantizabimus adquietabimus et ubique defendemus. In Cujus Rei Testimonium presenti carte Sigillum meum apposui. Hiis Testibus Thoma filio herberti domino de Somersale Roberto de Seggessale Willelmo de langeford in le hales Rogero de Mercinton Johanne filio Anketelli de Benetley Willelmo Busson de colbel Johanne filio Tirr de eadem louekin de Sanniton Willelmo de kynigeston et Aliis."

In good condition. Seal wanting.

Membrane— $6\frac{1}{2} \times 5$ inches. 18 lines.

Indorsed—"borewardscroftt." "Warploc."

No. 8. Grant of certain rents by Thomas FitzHerbert to
Walter de Saundeby.

Date—*Circ.* 1300.

"Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Thomas filius Herberti dominus de Somersale salutem In domino. Nouerit vniuersitas vestra me dimisisse ac omnino quietum clamasse pro me et heredibus meis Waltero filio domini Willelmi de Saundeby totum Jus et clamium quod habui uel aliquo modo habere potui in tribus solidatis annui Redditus quos predictus Walterus de Willelmo filio Ricardi de Kyngistonleys emit. illos silicet quos Alanus Champeneys de Mercinton predicto Willelmo annuatim reddere solebat. Ita silicet quod nec Ego predictus Thomas nec heredes mei nec assignati mei nec aliquis nomine nostro in predictis tribus solidatis annui redditus quicquam Juris uel clamii decetero exigere uel venditare poterimus. In cuius rei testimonium Huic presenti quieteclamacioni sigillum meum apposui. Hiis testibus. Domino Willelmo de Mongummary. Domino briano de sancto Petro. Roberto de Segisshāl. Willelmo de Clounam. Radulpho de Bosco. Johanne Wace de Mackelega Willelmo de Kyngiston. Ricardo de Schainton clerico et aliis."

In good condition. Seal wanting.

Membrane $7\frac{3}{4} \times 2\frac{1}{4}$ inches. 9 lines.

Indorsed—"somersall."

No. 9. Grant of a Service, and land in Somersale, by William
de Kyngestonlehees to Walter de Saundeby.

Date—*Circ.* 1300.

"Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Willelmus filius Ricardi de Kyngestonlehees salutem in domino sempiternam. Nouerit

vniuersitas vestra me dedisse concessisse et omnino quieteclamasse pro me et heredibus meis siue assignatis meis Waltero filio domini Willelmi de Saundeby, et heredibus suis, siue assignatis suis homagium et seruicium Alani filii Willelmi Champeneys, videlicet seruicium trium solidorum per annum quos ego Willelmus de predicto Alano recipere solebam ad tres terminos anni, videlicet, ad festum sancti Michaelis duodecim denarios, et ad festum Purificacionis beate Marie duodecim denarios. Et ad Ascensionem domini duodecim denarios, pro vna bouata terre cum pertinenciis quam de me tenuit in villa et teritorio de Somersale Herbert. Concessi etiam et confirmaui eidem Waltero vnam dimidiam acram prati in prato de Somersale en le WyteDoles, quam Ricardus filius Mathei de Schauynton quondam tenuit. Habendum et tenendum de me et heredibus meis dicto Waltero et heredibus suis et suis assignatis quibuscumque, libere, quiete, bene et in pace integre et hereditarie cum omnibus libertatibus et asiamentis ad dicta homagium et seruicium trium solidorum et ad dictum pratum integraliter pertinentibus. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis pro predictis vnum obolum die sancti Blasii pro omnibus et omnimodis seruiciis ille et heredes sui et pro omnibus consuetudinibus et exaccionibus quibuscumque. Ego vero Willelmus et heredes mei predicto Waltero et heredibus suis et suis assignatis dictum homagium seruicium trium solidorum, et dictum pratum cum omnibus pertinenciis suis contra omnes homines Warantizabimus adquietabimus et inperpetuum defendemus pro seruicio pretaxato. Vt autem hec mea donacio concessio et confirmacio rata et stabilis permaneat, huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus. Domino Willelmo de Montegomore, Ricardo de Kyngesley, Roberto de Seggesha, Johanne de Kyngesley, Johanne Wace, et aliis."

In good condition. Seal wanting.

Membrane 8 x 4 inches. 13 lines.

Indorsed—"Carta facta Waltero Saundeby."

"somersall."

No. 10. Grant of rentcharge of $\frac{1}{4}$ ^{d.}, by William de Kyngeston to Walter de Saundeby.

Date—*Circ.* 1300.

"Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris uel audituris Willelmus filius Ricardi de Kyngeston lehees salutem in domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra me remisisse et totaliter relaxasse Waltero de Saundeby, heredibus suis et suis assignatis quibuscumque vnum obolum annui redditus in quo michi tenebantur racione trium solidorum annui Redditus, et dimidie

acre prati in prato de Somersale. Ita quod nichil michi, nec meis quibuscumque in predictis racione alicujus euentus, occasionis vel demande in posterum reseruauit. In cuius rei testimonium. Huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus. Domino Willelmo de Montegomore, Roberto de Seggeshal, Ricardo de Kyngesley, Johanne de Kyngesley, Johanne Wace, et aliis."

In good condition. Seal wanting.

Membrane $8\frac{1}{4} \times 1\frac{3}{4}$ inches. 5 lines.

Indorsed—"Somersall."

No. 11. Grant of land in Somersale by Nicholas, son of Thomas FitzHerbert, to Walter de Saundebey.

Date—*Temp.* Edw. III. (1327—1377).

"Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris uel auditoris Nicholaus filius Thome filius Herberti de Somersale salutem in domino. Noueritis me concessisse et omnino pro me et heredibus meis confirmasse Waltero de Saundebey et heredibus seu assignatis suis pro homagio et seruicio suo illud mesuagium et illam bouatam terre que idem Walterus habuit ex dono et feoffamento Alani filii Willelmi Champeneys in Somersale Herberd et illam dimidiam acram prati quam habuit ex dimissione Ricardi de Schauinton in eadem. Habendum et tenendum predicto Waltero de Saundebey et heredibus suis uel assignatis quibuscunque de me et heredibus meis, libere quiete bene et in pace cum omnibus suis pertinenciis libertatibus et aysiamētis ad predicta Mesuagium terram et pratum quoquo modo pertinentibus, prout continetur in scripto confirmationis quod idem Walterus habuit de Thoma filio Herberti patre meo. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vnum obolum ad festum Natiuitatis beati Johannis Baptiste pro omni seculari seruicio ex actione et demanda. Et ego predictus Nicholaus et heredes mei predictum Mesuagium terram et pratum cum omnibus suis pertinenciis predicto Waltero de Saundebey et heredibus seu assignatis pro predicto seruicio contra omnes homines Warantizabimus in perpetuum. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo meo singnaui. Hiis testibus, domino Radulpho de Munjoye, Willelmo de Mungomeri, Henrico de Knyueton, Johanne de Benteleye, Ricardo le foun, Ricardo de Kyngesley, et Ricardo Birdet et aliis."

In good condition.

Membrane $7\frac{3}{4} \times 3\frac{1}{4}$ inches. 11 lines and a word.

Seal perfect—round—white wax— $\frac{7}{8}$ inch diam.—raised device, ? a shield, in centre—inscription very indistinct, ? “S. NICHES. FITZHERBERT.”

Indorsed—“Somersall.”

No. 12. Grant of land, by Richard, son of Robert de Mungomery, to Henry, son of Thomas FitzHerbert of Somersale.

Date—*Temp.* Edw. III. (1327—1377).

“Sciant presentes et futuri quod Ego Ricardus filius Roberti de Mungomery dedi concessi et hac presenti Carta mea confirmaui Henrico filio Thome filii Herberti de Somersale et Rogero fratri suo et heredibus suis assignatis eorum totam terram et pratum cum mesuagio et edificiis Columbariis supstantibus et omnibus aliis pertinentiis. Omnia quidam habui de dono et feoffamento Henrici filii Thome de LittleWode in Chirchesomersale sine aliquo retenemento excepta vna acra prati in le Wetedoles. Habendum et tenendum de Capitalibus Dominis feodi dictis Henrico et Rogero et heredibus suis assignatis eorum in feodo et hereditate et imperpetuum libere quiete integre et pacifice cum omnibus pertinentiis suis libertatibus et aysiamētis usque ad predictam terram pertinentibus prout plēnius continetur in Carta feoffamenti Henrici filii Thome de LittleWode. Et faciendum inde Capitalibus Dominis feodi seruicium inde debitum et consuetum. Et ego uero Ricardus et heredes mei totam predictam terram cum pertinentiis ut predictum est: excepta acra prati prenomina. predictis Henrico et Rogero et heredibus suis assignatis eorum contra omnes gentes imperpetuum Warantizabimus. In cuius rei testimonium presenti Carte signum meum apposui. Hiis testibus. Nicholao filio Herberti. Johanne de Benteleye. Ricardo de Schauinton. Radulpho de Bosco. Henrico de Lee. Roberto filio Walteri de Lee. Ricardo clerico et aliis.”

In good condition.

Membrane $8\frac{1}{2} \times 4$ inches. 10 lines and 3 words.

Seal slightly broken—brown wax—round—1 inch diam. In centre a Monkey, or some animal, crouched, with long tail curled round in front over head and shoulders.

Inscription round margin in small capital letters—

“S· RICARD.....VNGOMERI.”

Indorsed—“lyttelwoode

Somersall

Weytdooles.”

No. 13. Grant of land in lower Somersale, by Thomas de le Lee,
to his son William and Agnes his wife.

Dated—24th July, 1325.

“Sciant Presentes et futuri quod Ego Thomas de le Lee de Somersale dedi concessi et hac Presenti carta mea confirmaui Willelmo filio meo et Agneti filie Benedicti de Schalecros et heredibus suis inter se et dictum Willelmum legitime procreatis totam illam terram cum Mesuagio et redditibus adjacentibus in inferiori Somersale quam quidem terram cum pertinenciis quondam emi de Roberto fratre meo simul cum vna placea prati quam emi de Willelmo de Saundebi. Habendam et tenendam predictam terram de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita et de jure consueta. Et Ego vero Thomas de le Lee de Somersale et heredes mei totam predictam terram in inferiori Somersale quam emi de Roberto fratre meo cum omnibus suis pertinenciis sicut Predictum est Predicto Willelmo filio meo et Agneti filie Benedicti de Schalecros et heredibus suis inter se legitime procreatis contra omnes gentes Warantizabimus. Et si Ita contingat quod dicta Agnes infata discedat tunc dicta terra cum pertinenciis dicto Thome sine aliqua contradiccione reuertetur In cuius Rei testimonium huic Presenti carte sigillum meum apposui. Hiis Testibus. Domino Henrico fiz Herebert tunc Capellano de Somersale. Willelmo ad boscum de Doubregge. Johanne de eadem. Johanne de Schawenton. Thoma filio Margerie de superiori Somersale. et aliis. Data apud Scalecros in vigilia Sancti Jacobi. Anno domini Millesimo c c c visesimo quinto.”

In good condition.

Membrane $9\frac{3}{4} \times 4$ inches. 11 lines.

Seal wanting. On the seal-slip is written the first $2\frac{1}{2}$ lines of the deed, from “Sciant” to “inferiori Somersale,” omitting “et heredibus.....procreatis.”

Indorsed—“Siant presentes Siant omnes tam presente,”—prob. pen-trials.

“Dimidia acra jacens in Wetdoles quam Johannes de Schawenton tenet et habuit de dono Willelmi dele Lee et Agnetis vxoris ejus.....vt continetur infra.”

“Sache que tomas de Lee le aliena.”

“Tall Thome Lee.”

No. 14. Grant of Rent-charge on Lands in Uttoxeter, by John Harpedale, of Uttoxeter, to Walter fitz Herbert of Somersale.

Dated—Wednesday in Easter week, 1366—1375.

“Vniuersis ad quod presens scriptum peruenerit [Johannes] Harpedale de Vttoxhather salutem in domino. Noueritis me dedisse et concessisse Waltero fitz Herbert de Somersale vnum annum redditum viginti solidorum p..... annuatim de omnibus terris et tenementis meis in Vttoxhather exceptum de vno Mesuagio jacente iuxta Capitale mesuagium meum quod habui de dono et feoffamento Roberti de Lockesley decem acris terre quas habui de dono et feoffamento Henrici de Ouerton et de vno Mesuagio et sex acris terre qua habui de dono et feoffamento Johannes le TWygger in eadem. Habendum et propriendum predictum annum redditum viginti solidorum predicto Waltero et heredibus de corporibus ipsius Walteri et Margerie filie mee legitime procreatis de omnibus terris et tenementis meis predictis annuatim exceptum de hiis que superius excipiuntur. ad totam vitam meam et ad totam vitam Auicie vxoris mee ad terminos. Natalis sancti Johannis Baptiste et Natalis domini per equales porciones. Ita quod quandocumque predictis annuus redditus viginti solidorum ad aliquem terminum predictum per quadraginta dies in parte vel in toto a retro fuerit. quod bene licebit predicto Waltero et heredibus de corporibus ipsorum Walteri et Margerie legitime procreatis ad totam vitam meam et ad totam vitam predictae Auicie vxoris mee in omnibus terris et tenementis meis predictis [hiis] exceptis que superius excipiuntur distringere et districtiones retinere quousque de predicto redditu et arreragiis ejusdem si qua fuerint plenarie fuerit s[olutum]. Et ego vero predictus Johannes et heredes mei predictum annum redditum viginti solidorum predicto Waltero et heredibus de corporibus predictorum Walteri et Margerie legitime procreatis ad] totam vitam meam et ad totam vitam Auicie vxoris mee in forma predicta contra omnes gentes Warantizabimus. In cuius rei testimonium [huic presenti scrip]to sigillum meum apposui Hiis testibus Roberto de Sanston vicario ecclesie de Vttoxhather Willelmo le Hunte Johanne Wyme Johanne de Sh.....yteley et aliis. Datum apud Vttoxhather die Mercurii in septimana pasch Anno regni Regis EdWardi tertii post conquestum quadragesi.....”

In fair condition, but partly wormeaten ;—lacunæ supplied in brackets, or denoted by dashes.

Membrane $9\frac{1}{2} \times 3\frac{1}{2}$ inches. 13 lines and 2 words.

Seal perfect, round, red wax, $\frac{3}{4}$ inch diam. ; 6 foils around raised centre foil, within a border.

Indorsed—“ A grant of a rent in Vttoxeter.”

No. 15. Grant of Lands in Twycros by John de Whelesburgh de Drayton and Elizabeth his wife to Richard Cook de Twycros.

Dated—Sunday after 5th Feb., 1393.

“Hec indentura testatur quos nos Johannes de Whelesburgh de Drayton et Elizabetha vxor mea concessimus tradidimus et dimisimus Ricardo Cook de TWycros Margarete vxori ejus et Willelmo filio eorundem totum illud tenementum quod Willelmo Smyth tenet in TWycros jacens inter le Pyghtel et coiēm campum de TWycros et duas virgatas terre cum omnibuscroftis pratis pascuis et pasturis predictis duabus virgatis terre spectantibus cum omnibus suis pertinenciis que idem Willelmus Smyth tenet vel tenuit in eadem. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa cum omnibus suis pertinenciis predictis Ricardo et Margarete vxori ejus et Willelmo filio eorundem ad totam vitam eorum vel cujus eorum diucius vixerit de nobis et heredibus nostris. Reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris viginti solidos legalis monete ad festa videlicet Purificationis beate Marie assencionis domini et sancti Michaelis archangeli equis porcionibus et domino de TWycros duos solidos annuatim nomine nostro et heredum nostrorum ad festa predicta pro omnibus seruiciis et demandis nobis et heredibus nostris pro predicta terra pertinentibus durante termino predicto. Saluo nobis et heredibus nostris rationabili herietto post decessum cujuslibet eorum qui tenementa predicta occupauerit et tenerit. Si vero contigerit dictam Margaretam viuente predicto Ricardo vel predictum Willelmum viuente predicto Ricardo vel Margareta decedere nullum dabunt heriettum ad eorum decessum. Predicti insuper Ricardus Margareta et Willelmus omnes domos et tenementa predicta cum omnibus pertinenciis suis sumptibus suis propriis sustentabunt manutenebunt et in adeo bono statu dimittent sicut ea receperunt. Et nos vero predicti Johannes et Elizabetha et heredes nostri omnia predicta terras et tenementa croftos prata pascua et pasturas cum omnibus suis pertinenciis vt predictum est predictis Ricardo Margarete et Willelmo ad totam vitam eorum vel cujus eorum diucius vixerit in forma predicta contra omnes gentes Warantizabimus et defendemus. In cujus rei testimonium presentibus scriptis indentatis sigilla nostra alternative apposimus. Hiis testibus Willelmo altekar de Drayton Johanne de Ouerton Willelmo de Schepeye et aliis. Data apud Drayton predictam die dominica proxima post festum sancte Agathe virginis Anno regni Regis Ricardi secundi post Conquestum sextodecimo.”

In fair condition, but writing somewhat faded and indistinct.

Seals all wanting.

Membrane $10\frac{1}{4} \times 6$ inches. 18 lines. 5 blunt and wide dentes at top.

No. 16. Grant of land in Somersale by Edmund Hayward to John Edrech and Margary his wife.

Dated—Eve of Pentecost, 1412.

“Sciant presentes et futuri quod ego Edmundus HayWard capellanus dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Johanni Edrech Juniori et Margarie vxori ejus omnia terras et tenementa mea cum suis pertinenciis in Somersale que quidem terras et tenementa habui ex dono et feoffamento predicti Johannis habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa cum omnibus suis pertinenciis prefatis Johanni et Margarie ad totam vitam eorundem de Capitalibus dominis feodi per seruicia inde debita et de jure consueta, et post decessum predictorum Johannis et Margarie volo pro me et heredibus meis quod omnia predicta terre et tenementa cum suis pertinenciis remaneant Johanni Edrech filio Walteri Edrech de Somersale tenendum sibi heredibus et suis assignatis imperpetuum de Capitali domino per seruicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero predictus Edmundus et heredes mei omnia predicta terras et tenementa cum suis pertinenciis prefatis Johanni et Margarie ad totam vitam suam eorundem et post decessum predictorum Johannis et Margarie prefato Johanni filio Walteri Edrech sibi et heredibus suis in forma predicta contra omnes gentes Warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte Sigillum meum Apposui Hiis testibus Johanne Somersale, Thoma Boteler, Johanne vnWyn Thoma Hardying, et Roberto Stele et Aliis. Data apud Sudbury in vigilia Pentecostes Anno regni Regis Henrici quarti post conquestum tertio decimo.”

In fair condition, slightly torn.

Membrane $12 \times 3\frac{3}{4}$ inches. $9\frac{1}{2}$ lines.

Seal slightly injured—round—yellow wax— $\frac{3}{4}$ inch diam.—a capital “R.” surmounted by a crown.

Indorsed—“Carta Edmundi HayWarde facta Johanni Edrych Somersale.” “Somersall.”

No. 17. Grant of Lands in Somersale and elsewhere, by John Fitzherbert of Somersale to his son John.

Dated—24th June, 1423.

“Sciant presentes et futuri quod Ego Johannes fitzherbert de Somersale dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Johanni fitzherbert filio meo vnum Mesuagium et duas bouatas terre cum pertinenciis in kirke Somersale et

quatuordecim solidatus et octo denaratus redditus exeuntes de vno Mesuagio et tribus bouatis terre cum pertinenciis in eadem villa. quod mesuagium et quas tres bouatas terre Henricus by ye Broke Tenet per cartam. Dedi insuper predicto Johanni filio meo vnum Mesuagium et vnam bouatam terre cum pertinenciis in Potter Somersale quod quidem Mesuagium cum dicta bouata terre cum pertinenciis habui ex dono et feoffamento Thome Okeyly(?) persone ecclesie de Sudbury Edwardi Bretby et Johannis Tadynton capellanorum. Dedi etiam predicto Johanni filio meo vnum clausum vocatum Dicheryddyng in feodo de Dubbrige. Dedi insuper predicto Johanni filio meo omnia terras et tenementa mea cum suis pertinenciis que et quas habeo in PerWyche ex dono et feoffamento Johannis in le Lene et Isabelle vxoris sue. Habendum et tenendum omnia predicta Mesuagia bouatas terre clausum et quatuordecim solidatus et octo denaratus redditus cum suis pertinenciis predicto Johanni filio meo et heredibus de corpore suo legitime procreatis. Et si contingat dictum Johannem filium meum sine herede de corpore suo legitime procreato obire quod absit Tunc volo et concedo quod omnia predicta terre et tenementa redditus et clausum cum suis pertinenciis michi et heredibus meis integre reuertent. In cuius rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus Henrico by ye broke de Somersale Johanne Tailleure de eadem Johanne at ye broke de eadem et aliis. Data apud Somersale in festo sancti Johannis Baptiste Anno regni Regis Henrici sexti post conquestum primo."

In fair condition, but writing somewhat faded and indistinct.

Membrane 14 × 3 inches. 9 lines.

Seal perfect, round, red wax, $\frac{7}{8}$ inch diam. ; a shield depressed, with bend sinister raised ; rough impression, perhaps taken from another seal, or an improvised stamp.

Indorsed—"A grawnt of a howss in kyrck somersall and of a rent of xiiij^s viij^d goyng out of a howss there whyche henry by the brooke held."

No. 18. Power of Attorney granted by John Fitzherbert to John Attebroke, for Livery of Seisin.

Dated—1st Nov., 1439.

"Pateat vniuersis per presentes quod ego Johannes ffytherbert de Somursale attornai et in loco meo posui dilectum meum in Christo Johannem Attebroke de eadem meum verum et legitimum attornatum ad deliberandum pro me et in nomine meo Willelmo ffytherbert Aunculo meo Johanni Mynyers Armig.

Willelmo Nodyon capellano et Roberto attebrok rectori de Somursale plenam et pacificam Seisinam de et in omnibus terris et tenementis meis redditibus et seruiciis cum omnibus suis pertinenciis que habeo in Comitatus Derb̄ et Leycestr̄ Rate et grate habens et habiturus quicquid idem Johannes Attebrok attornatus meus nomine meo fecerit in premissis In cujus rei testimonium huic presenti scripto Sigillum meum apposui Datum apud Somursale in festo omnium Sanctorum Anno regni regis henrici Sexti post conquestum anglie decimo octauo."

In good condition.

Membrane $12\frac{3}{4} \times 2\frac{1}{2}$ inches. $4\frac{1}{2}$ lines.

Small rough seal—red wax— $\frac{1}{2}$ inch diam.—impression "W C."
—the top part broken off.

No. 19. Grant of lands in Counties of Derby and Leicester, by John Fitzherbert of Somersale, to William Fitzherbert and others.

Dated—1st Nov., 1439.

"Sciunt presentes et futuri quod ego Johannes ffyzerbert de Somursale dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Willelmo ffyzerbert Aunculo meo Johanni Mynyers de Vttox̄ Seniori Armig. Willelmo Nodyon, de eadem capellano et Roberto Attebroke rectori de Somursale omnia terras et tenementa mea redditus et seruicia cum omnibus suis pertinenciis que habeo in Comitatus Derb̄ et Leycestr̄. Habendem et tenendum omnia predicta terras et tenementa redditus et seruicia cum omnibus suis pertinenciis predictis Willelmo Johanni Willelmo et Roberto heredibus h' et eorum assignatis libere quiete bene et in pace de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero prefatus Johannes ffyzerbert et heredes mei omnia predicta [terras] et tenementa redditus et seruicia cum omnibus suis pertinenciis predictis Willelmo Johanni Willelmo et Roberto heredibus et eorum assignatis contra omnes gentes Warantizabimus et imperpetuum defendemus In cujus rei testimonium huic presenti carte mee Sigillum meum apposui. Hiis testibus. Johanne Taylur de Somursale, Johanne Mydulton Willelmo Walker de eadem Willelmo Perkyn de Vttox̄ ballivo Johanne Bayle de eadem et multis aliis Data apud Somursale, in festo omnium Sanctorum Anno regni regis henrici Sexti post conquestum anglie decimo octauo."

In good condition.

Membrane $13 \times 3\frac{1}{4}$ inches. 7 lines.

Seal broken—red wax— $\frac{3}{4}$ inch diam.—impression “W C” surmounted by a crown.

Indorsed—“A generall feoffment to certain feoffees of trust of all hys lands in the Countyes of Derby and Leycester.”

No. 20. Grant of Lands in Somersale, by Robert fraunces and Elizabeth his wife to John fyszherbert of Somersale.

Dated—3rd July, 1460.

“Sciant presentes et futuri quod nos Robertus fraunces et Elizabetha vxor mea vnanimo assensu et concensu dedimus concessimus et Hac presenti carta nostra confirmauimus Johanni fyszherbert de Somersale filio et heredi Johannis fyszherbert nuper defuncti omnia terras et tenementa nostra prata pascua et pasturas redditus et seruicia cum suis pertinenciis in Somersale predicta in Comitatu Derbiensi que et quas Johannes fyszherbert nuper maritus meus et ego conjunctim habuimus ex dono et feoffamento Ade Wetton et Roberti brok cleric Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa nostra prata pascua et pasturas redditus et seruicia cum suis pertinenciis predicto Johanni et heredibus suis libere quiete bene et in pace. de capitali domino feodi illius per seruicia inde debita et de jure consueta. Et nos vero prefati Robertus et Elizabetha et heredes nostri omnia predicta terras et tenementa nostra prata pascua et pasturas redditus et seruicia cum suis pertinenciis predicto Johanni et heredibus suis in forma predicta contra omnes gentes Warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium huic presenti carte nostre sigilla nostra apposuimus hiis testibus Roberto de Aston Ricardo Bagot Johanne Kynerdesley Johanne Mynyers Armigeris et Willelmo Perkyn balliivo de vttoxeter et multis aliis Data. apud Somersale predictam tertio die Mensis Julii Anno regni regis henrici sexti post conquestum anglie tricesimo octauo.”

In very good condition. Seals wanting.

Membrane $14\frac{1}{2} \times 3\frac{3}{4}$ inches. 7 lines and 2 words.

Indorsed—“Concessio Roberti fraunceys et vxoris ejus de terris in somersall que fuerunt ade Wetton et Roberti brock.”

No. 21. Grant of land in Cherchsomersale by Henry Kynerdesley and Henry Mayster to John Fytzherbert and Johanna his wife.

Dated—28th Aug., 1460.

“Sciant presentes et futuri quod nos henricus Kynerdesley de vttoxather et henricus Mayster gent de eadem dedimus concessimus et hac presenti carta

nostra confirmauimus Johanni fytzherbert de Cherchsomersale et Johanne vxori sue Manerium nostrum de Cherchsomersale cum omnibus terris dominicis eidem manerio adjacentibus et suis pertinenciis quod quidem Manerium cum terris prenominate nuper habuimus ex dono et feoffamento predicti Johannis in Cherchsomersale Habendum et tenendum predictum Manerium cum omnibus terris adjacentibus et suis pertinenciis predictis Johanni et Johanne ad terminum vite eorum et eorum diucius viuentis ac heredibus inter eosdem legitime procreatis libere quiete bene et in pace cum omnibus libertatibus liberis que communis ad dictum Manerium et terris spectantibus De capitali domino feodi illius per seruicia inde debita et de jure consueta. Et nos vero prefati henricus et henricus et heredes nostri predictum Manerium nostrum cum omnibus terris adjacentibus et suis pertinenciis predictis Johanni et Johanne ad terminum vite eorum et eorum diucius viuentis ac heredibus inter eosdem legitime procreatis in forma predicta contra omnes gentes Warantizabimus et imperpetuum defendemus In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigilla nostra sint apposita hiis testibus Johanne Broke de Cherchsomersale Johanne Muryhurst henrico Taylur henrico de Alles-Worthe Willelmo Jou de eadem et Aliis Data apud Cherchsomersale vicesimo octauo die Mensis Augusti Anno regni regis henrici Sexti post conquestum anglie tricesimo octauo."

In good condition.

Membrane 16 × 3½ inches. 7 lines.

Two seals—round—red wax—¾ inch diams. One injured, impression faint and illegible; the other perfect—fine impression—"h k" within circular border.

No. 22. Grant of land in Chirchesomersale by Johanna Ade to John Fitzherbert and Johanna his wife.

Dated—Thursday before 28th October, 1464.

"Sciant presentes et futuri quod Ego Johanna Ade de Sudbure in mea pura viduetate dedi concessi et hac presenti carta mea [confirmavi] Johanni Fightharbat et Johi[e] vxori ejus omnia terras et tenementa mea cum suis pertinenciis in Chirchesomersale que quidem terras et tenementa quondam fuerunt Johannis Edrech patris mei habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa cum omnibus suis pertinenciis prefatis Johanni et Johanne heredibus et Assignatis suis libere quiete bene et in pace De capitali domino feodi illius per seruicia inde debita et de jure consueta cum omnibus libertatibus communis et Aisimentis ad dicta terras et tenementa spectantibus imperpetuum. Et ego vero predicta Johanna et heredes mei omnia predicta

terras et tenementa mea cum suis pertinenciis predictis Johanni et Johanne heredibus et Assignatis suis contra omnes gentes Warrantizabimus et deffendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum Apposui hiis testibus. Johanne Broke de Somersale Henrico AllesWorthe de eadem Henrico Taylor de eadem Johanni[e] M(e)rihurst de eadem et laurencio Wordull et multis Aliis Data Apud Somersale die Jouis proximo Ante festum sancti Simonis et Jude Anno regni Regis EdWardi quarti post conquestum Anglie quarto."

In good condition. Seal wanting.

Membrane $11\frac{1}{2} \times 4\frac{1}{2}$ inches. $9\frac{1}{2}$ lines.

Indorsed—"olde Croft."

"Concessio Johanne Adde facta
Johanni fytzherbert"

NOTES.

No. 1. *Wirke*.—Wirksworth.

Le sureys.—? The Surveyor, or Overseer.

No. 2. *Braundiston*.—? Branston, near Burton-on-Trent, or Braunston, near Leicester.

Stepul.—SteePhill or Steeple, near Wirksworth. De Stepula held half a Knight's fee in Derbyshire under Will. de Ferrars (Lib. Nig.).

No. 3. *Decanum* (decanatum ?) *Lyncolniensem*.—The Dean of Lincoln held lands at Wirksworth, as well as the advowson of the Rectory.

Will. de Stepil.—See No. 2, *Stepul*.

No. 4. There is no mention of this *Isabella*, wife of William Fitzherbert, in Brydges' Collins, nor in the Harl. MSS., nor in any other pedigree or account of the family that I have seen.

Norton.—Norton juxta Twycross, in Leicestershire; see Nichols' *Leic.* Vol. iv., p. 860.

Hatton.—In parish of Marston on Dove.

Ricardus de Corson.—? Richard de Curzon of Croxhall, Knt., 16 Edw. I.; see Glover's *Derbyshire*, ii. 333.

No. 5. *Almunton*.—Alkmanton; see Cox's *Derbyshire Churches*. vol. iii.

Will. de Montgomery.—Of Marston Montgomery and Cubley; see Glover, ii., 335; *Reliquary* xv., pl. I.; *Derbys. Ch.* iii., 91. "Carta *Will. de*

Montegomori pro terra in Holto de Dubbrigge...Matildæ uxoris meæ (Tutb. Reg., Cart. cxciij).

Will. de Mey-a mil.—Willelmus de Meysam dominus de Eyton, miles, (Tutb. Reg. Cart. cxcvii. cxviii); "Cart. de Nemore supra Dubbrigge" (ibid. cxxxvii). This family, which prob. took its name from Measham in Leicestersh., seems to have lived at Eaton Old Hall, in Eaton Wood, near Dovebridge.

Pet. de Bakepuz.—Bakepuz of Barton and Alkmanton (Derbys. Ch. iii.; Glover ii. 89).

Segesale.—Sedsall, in Dovebridge parish.

No. 6. Richard Bacoun founded an Abbey of Black Canons at Rocester, in 1146, in honour of the Blessed Virgin Mary (Lewis' *Topog. Dict.* iii. 616).

Rob. del Per.—A Robertus de Pir held half a Knight's fee in Derbyshire under Will. de Ferrars (Lib. Nig.). Carta de Rectore ecclesie de *Pirii* (Tutbury Register, Cart. cclxviii.)

Robertus de Piri, testibus in Cart. Will. de Ferariis, dat. ap. Tuttebury 37 H. 3 (Shaw's Staffs., I. Append., p. 26).

Thomas de Perii gave land in Newton to Tutbury Priory (Tutb. Reg., Cart. cxx.; cxxviii.; cxlvii.)

Hamon de Sap.—"Carta *Hamonis de Saperton*" (Tutb. Reg., Cart. clvi.; clxii.)

Saperton.—Near Boyleston; see *Derbys. Ch.* iii., 17.

Mackelega.—Mackley near Saperton; see *Derbys. Ch.* iii., 83.

No. 7. *BoreWardescroft.*—Barwardcote, or Barrowcote, in Etwall parish; see Glover ii., 91. A tradition, probably derived from the name, exists that John of Gaunt kept bears there.

Seggessale.—See No. 5, *Segesale*.

Mercinton.—Marchington—Marston Montgomery.

Langeford en le hales.—Longford; see *Derbys. ch.* iii., 194.

Benteley.—Bentley Hungry, in Longford parish.

Tirr.—? Tirrell, or Tyrwhit.

Kynigeston.—? Kingston, near Uttoxeter. Henry de Cunegeston held one Knight's fee in Derbyshire, under William de Ferrars (Lib. Nig).

Will. Busson de Colbel—cf. "Carta Hen. de Colevill pro tota terra sua de Bussons" (Tutb. Reg., Cart. cliv.; clxiii.)

No. 8. *Walt. fil. Will. de Saundeby.*—For place and family of this name, see Thoroton's Notts., pp. 421, 422.

Rad. de Bosco.—Tutbury Reg., Cart. clv.; ccxxxviii.

No. 12. *Richard de Mungomery*.—See No. 5, *Montgomery*.

Chirchesomersale.—Somersal Herbert.

Nicholas fil Herberti.—Son of Thomas Fitz Herbert (Nos. 5-8), and brother of Henry and Roger named in same deed, (Harl. M.SS., 5809, 1484).

John de Bentley.—See No. 7, *Bentley*.

Schauinton.—? Skevington.

Hen. and Rob. de Lee—see No. 13.

No. 13. *Thom. de le Lee*.—Probably this family gave its name to Lees Hall, near Boylestone. Walter de Lega was Rector of Boylestone, A.D. 1300 (*Derbys. Ch.* iii. 19).

Doubregge.—Dovebridge, or Doveridge.

SchaWenton.—See No. 12, *Shauinton*.

Superior Somersale.—Hill Somersal, in Sudbury parish.

Inferior Somersale.—Church Somersal, or Somersal Herbert.

Schalecros.—Shallcross, of Shallcross in the parish of Hope.

No. 14. *Walter fitzHerbert*.—Son of John, and grandson of Nicholas. Nos. 11 and 12 (*Harl. MSS.*) None of the pedigrees give his wife's surname, Harpedale.

Uttoxhather.—Uttoxeter.

Lockesley.—Loxley, near Uttoxeter, in Staffs.

Will. le Hunte.—? Of Overton, in Ashover parish; see *Glover* ii., 53, 567.

No. 15. *Whelesburgh*.—See Burton's *Leic.*, pp. 282, 283; Nichols' *Leic.* iv., 964; Leland (ed. Hearne, 1768), vol. iv., pt. 1, fol. 44. Wellsborough, near Market Bosworth.

Drayton
Twycross } In Leicestershire. See Nichols, vol. iv.

Johannes de Overton.—A John Overton was Prior of Repton, A.D. 1436, ob. 1438 (*Derbys. Ch.* iii., 428).

Will. de Schepeye.—See *Derbys. Ch.* iii., 456. Sheepy, near Twycross.

No. 17. *Hen. by ye Broke*.—Robert By-the-broke or Blythebroke, is the first recorded Rector of Somersal, A.D. 1428 (*Derbys. Ch.* iii., 288).

Potter Somersale.—Potters Somersal, in Sudbury parish.

Edwardus Brethy, Capellanus.—A Will. de Brethy was chaplain in 1372 (*Derbys. Ch.* iii. 426).

PerWyche.—Parwich.

No. 20.—*John Fitz Herbert*.—Son of John, and grandson of Walter, No. 14. This John's father's wife is stated in *Harl. MSS.* 5809, 1093, and 1484, to have been Elizabeth, dau. of Robt. Fraunces; but from this deed it appears that Robt. Fraunces was her second husband.

Adam Wetton.—An Adam de Wetton was Priest of Kniveton's Chantry, Dovebridge, 1393—1440 (*Derbys. Ch.* iii., 118).

Aston.—Near Derby.

Kynerdesley.—Kynnersley of Loxley, Staffs.

John Mynyers.—A John Mynors married Johanna, dau. of John Fitz Herbert, of Somersal, 14 Ric. II, and 3 Hen. IV. (*Harl. M.SS.* 6128, 2113, 1036).
